



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 81. Pax ingenti pecuniarum summa coempta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI. tenebat, cum vero de ejusmodi conju-  
 A.C. 1528. ratione nequidem somniassent, nullo  
 negotio inustam labem a se amoliti sunt.  
 Paulo post Landgravius confictam fœ-  
 deris formulam ad Georgium Saxonie  
 Ducem ejus Socerum transmisit. Dux  
 quantocius Landgravio hunc in modum  
 respondit: *Velit Dilectio vestra ostendere  
 mihi mendacem virum illum hujus formu-  
 lœ architectum, ut & ego, & quilibet ab  
 eo cavere sibi sciatur. Nisi enim id a Di-  
 lectione vestra impetravero, moveri possem  
 ad suspicandum, quod ipsam effinxerit hoc  
 scriptum, atque ita velit captare occasio-  
 nem, vestram inimicam voluntatem contra me,  
 & totam Germaniam inchoandi.*

Cum igitur Packius hujus fœderis  
 authographum, ut ante promiserat, ex-  
 hibere non posset, detecta falsitate lis  
 utrinque composita, & Packius de cri-  
 mine falsi convictus ab ipso Landgravio  
 derelictus fuit, demum vero postquam  
 aliquamdiu in exteris Regionibus vaga-  
 retur, Antverpiæ extremo mortis suppli-  
 cio mulctatus obiit.

### §. LXXXI.

*Pax ingenti pecuniarum summa  
 coempta.*

Cochl. lib. p. 485. **C**eterum quamvis Principes ac Ger-  
 maniae Episcopi luculento prorsus  
 argu-

argumento convincerentur, quod hæc <sup>Sæc. XVI.</sup>  
 armorum societas nonnisi commentitia, <sup>A.C. 1528.</sup>  
 nec unquam ab eis mente concepta <sup>Sleidan. l. 6.</sup>  
 fuisset, proin ipsorum innocentia toti <sup>p. 188.</sup>  
 orbi patefieret, nihilominus Hassiæ  
 Landgravius cunctis hisce rationibus  
 nondum sibi satisfactum ratus, a qui-  
 busdam Episcopis ingentes pecuniarum  
 summas extorsit, quibus sumptus in con-  
 scribendo exercitu factos resarciret,  
 quamvis ipse fateretur, quod falsis  
 relationibus deceptus arma sumpsiisset.  
 Numerabant itaque Moguntinus Archi-  
 episcopus quadraginta aureorum mil-  
 lia, totidemque Episcopus Herbipolen-  
 sis, & viginti millia Bambergensis. Hi  
 enim, quamvis ab eo födere omnino  
 immunes essent, malebant tamen auro  
 pacem redimere, quam injustum sustine-  
 rebillum, id eo vel maxime, quod Cæsar  
 absens esset, nec Fœderati Suevi illis  
 tam subito opem ferre possent, eorum  
 vero subditi magna ex parte Lutheri er-  
 roribus infecti essent. Igitur hi Præsu-  
 les hac pecuniarum jactura suas ditio-  
 nes a deprædationibus, ac devasta-  
 tionibus liberabant, quæ semper bella,  
 præcipue ubi agitur de Religione, con-  
 sequuntur, conservabant insuper inter  
 subditis suos tranquilitatem, totamque  
 Germaniam a plurimis præservabant  
 tumultibus, qui abs dubio sub specioso-

Z 4 tuendæ

Sæcul. XVI. tuendæ puritatis Evangelicæ prætextu  
 A.C. 1528. eo crudeliores fuissent, quo magis Lu-  
 therani ubique se pro Verbi divini inte-  
 gritate decertare, perperam jactitabant.

## §. LXXXII.

*Turpis Landgravii quæstus a Me-  
 lanchtone reprobatus & a  
 Lutherò laudatus.*

*Melancthon* Melanchton hasce exactiones a Land-  
 gravio factas minime approbabat,  
l. 4. ep. 70. l. 3. nec tamen facinus alia ratione excusa-  
ep. 16. ibid. re poterat, quam futilem hanc caussam  
ep. 70. & 72. allegando, Landgravium id egisse *ex  
 pudore malo*, eoquod se deceptum fuisse,  
 fateri erubesceret. Verum graviores  
 longe curæ agitabant Melanchtonis a-  
 nimum; coram suis enim jactitabat, Pa-  
 patum sine bello ac sanguinis profusio-  
 ne destructum iri. Præterea antequam  
 Landgravius has turbas concitaret, ac  
 paulo post rusticorum seditionem ac-  
 cenderet, Melanchton ad eundem Land-  
 gravium hæc perscripserat, *omnia citius  
 perferenda, quam pro defendendo Evangelio  
 ad arma veniendum*; nunc vero eo res  
 deveniebat, ut iidem, qui paulo ante  
 pacis conservatores haberi gestiebant,  
 nunc primi bellorum incentores essent,  
 & quidem nonnisi ex falsis rumoribus,  
 prout ipsem Melanchton fatetur, ac  
 propte-